

A lardanes, eorum reginæ, qui aliquando Maeonij, nunc Lydij dicuntur. Pre-  
cium Iphiæ filijs cum datum esset, pristina ualeutudine recuperata, Omphale  
seruens, omnes eius regionis latrones sustulit. Cecropas, qui dicebatur, pre-  
dones regioni infestos partim peremit, partim Omphalæ uincitos tradidit.  
Syleum, raptos a se uiatores ad opus uincarum cogente, ligone percussum  
cecidit. Itonas latrocinantes, Omphale patriam compescens, urbem eorum  
receptaculum expurgnatam, captamq; diruit. Cognita Herculis uirtute, &  
qui esset, Omphale & liberum fecit, & ex eo genuit filium Lamonem. Su-  
scepserat uero & anteua serua ex serua Cleolauum. Posthac cum in Pelopon-  
nesum transcedisset, ad Troiam cum exercitu contra Laomedonem regem  
profectus est. Hic cum Iasoni prius militauerat ad uellus aureu, promisq;  
ob marinum monstrum a se occisum equis frustratus est. Quibus de reb. pau-  
lo post inter Argonautas dicemus. Iason cù bello occupatus, postmodu op-  
portunitate capta Trojanis arma intulit: cum nauibus, ut aiunt qui dant, ma-  
gnis decem & octo, ut Homerus tradit, sex, filiū Tlepolemu introducens di-  
centem, Herculem patrem equorū Laomedontis gratia cum sex nauib. pau-  
cisq; uiris illi cepisse ciuitatem, & uiris patria orbasse; ueniens ad Troiam Her-  
cules cum copijs militū præcessit ad urbē, Oileo Amphiarai filio præfatio  
classis reliquit. Laomedon, impruoso hostium incursu præuentus, co-  
pias pro temporis angustijs comparatas, ad oppugnandas naues duxit,  
sperans, si illas incendisset, finem se bello positorum. His occurrens Oi-  
leus, commissio prælio occubuit: reliquæ ad naues refugientes, classem pro-  
cul à terra abegerunt. Laomedon reuersus, inito prope urbem cum Herculis  
exercitu prælio, & ipso & multe præterea pugnantes cecidere. Hercules uia ca-  
pta urbe, multis iure bellū interfecit. Priamo (solus enim filiorū patri cōfili-  
erat, equos Herculi pollatis tradendos) quoniā iustus uideretur, regnum  
Iliensi permisit. Telamonem coronauit ob egregia uirtutis merita, tradita  
ei Heliote Laomedontis nata. Hic enim uia primus urbem intrarat, cum Her-  
cules firmissimā murī arcis partē aggrederetur. Deinde rediens in Pelopon-  
nesum, militauit ob negati præmiū aduersus Augēam. Cōmissa cum Eliensi  
bus pugna, re infecta ad Olenum rediit. Huius filia Hippolyta cum Anaxio  
nupsilis, ceenans cum cateris in nuptijs Hercules, Eurytionem centaurum  
conspicta eius cui uim inferebat iniuria, interemit. Redeuntem in Tirynthū  
Herculem, Eurytheus ueluti sibi insidiantem accusans, ex Tiryntho una cū  
Almena Ephidæq; ac lolao abire iussit. Coactus recedere, cum his ad Arca-  
dię Pheneū dierūt. Inde motus cum aitidis et pompa ex Eliide Neptuno  
ad Isthmū mitti, cuius Eurythus Augēa dux erat, Eurythū fuxia Cleonem, u-  
bi nunc est Herculis templū, necauit. Deinceps bello aduersus Eliēm mo-  
to, occisoq; Augēa rege, atq; urbe uia capta, Phileo Augēæ filio regnū tradi-  
dit. Fuerat hic anteā a patre pulsus, quoniā arbitri in eum & Hercule factus,  
præmiū Herculi dandum censuisset. Hippocoonta postmodu ex Sparta pe-  
pulit, Tyndari fratrem. Eoniū uero Lycimini, Herculis amicū, Hippocoontis  
filij uiginti numero interfecerunt. Qua re incensus Hercules, cum exerci-  
tu illos adortus, acri cōmissa pugna, uictoria potitus est: plurimisq; eorū oc-  
cisi, Sparta uia capta Tyndarū Caſtoris ac Polluci patrem regem præfecit,  
statuens ut ad eius posteros regnū spectaret. Ex Herculis exercitu patru ad-  
modū cecidere, in quies strenui fuerunt uiri Iphitus, Typheus, eiusq; decem  
& septem numero filij. Tres enī tantum ex uiginti superuerunt. Ex hosti-  
bus uero & ipse Hippocoontis decem filij occubuerunt, magnusq; præ-  
terea Spartiarū numerus. Ab hac expeditione in Arcadiam regrefuis, ad Ale-  
um regē dierūt. Ibi cum filiā Augēa ab se clam cognitam, grauidā reliqui-  
set, ad Stymphalon transiit. Aleus tumore uentris filiæ cognito, quæsiuit,  
qui eam corrupisset. Ab Hercule, ut erat, uim (inquit illa) inferente. Fidem